



ZD 1779,1
351. 20 2
DECANVS
ORDINIS ICTORVM IN PERANTIQVA ELECTO-

RALI ACADEMIA ERFVRTENSI

D. CAROL. FRIDERICVS
DIETERICH IC^{TVS}

EMINENTISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGVNTINI
CONSILIARIVS REGIMINIS, PRAEDICTI ORDINIS ADSESSOR, ET IV-
RIS PUBLICI PROF. PVBL. ORDINARIVS, BIBLIOTH. VNIVERS. BOI-
NEB. DIRECTOR, NEC NON ELECT. MOGVNT. ACAD. SCIENT.

VITL. ET SOCIET. ACAD. PRINCIP. HASSIAE.

SOCIVS ORDINARIVS

SOLEMNIA INAVGVRALIA

PLVRIMVM REVERENDI, ET CONSVLTISSIMI
PRIVILEGIORVM DOCTORALIVM
CANDIDATI

DN. FRANCISCI PHILIPPI FRANCK

ECCLESIAE COLLEGIATAE B. M. V. CANONICI CAPITVLRIS,
ET SACRORVM CANONVM PROFESSORIS PVBLICI
ORDINARII

DIE IX. NOVEMBR. MDCCCLXXIX.

IN AVDITORIO COELICO PERAGENDA

INDICIT,

SIMVLQUE NONNVILLA DE SYSTEMATE ECCLESIAE
CATHOLICAE ET PROTESTANTIVM

PRAEMITTIT.

ERFORDIAE,
LITERIS HENRICI RVDOLPH. NONNII, ACAD. A TYP.



DOMINI GRATACE
CONSERVATIONEM IUSTICIATIONIAL ESCOTO
DOMINI CONSERVATIONEM IUSTICIATIONIAL ESCOTO
DOMINI CONSERVATIONEM IUSTICIATIONIAL ESCOTO

DOMINI CONSERVATIONEM IUSTICIATIONIAL ESCOTO

DOMINI CONSERVATIONEM IUSTICIATIONIAL ESCOTO

DOMINI CONSERVATIONEM IUSTICIATIONIAL ESCOTO

DOMINI CONSERVATIONEM IUSTICIATIONIAL ESCOTO

DOMINI CONSERVATIONEM IUSTICIATIONIAL ESCOTO

DOMINI CONSERVATIONEM IUSTICIATIONIAL ESCOTO

DOMINI CONSERVATIONEM IUSTICIATIONIAL ESCOTO

DOMINI CONSERVATIONEM IUSTICIATIONIAL ESCOTO

DOMINI CONSERVATIONEM IUSTICIATIONIAL ESCOTO

DOMINI CONSERVATIONEM IUSTICIATIONIAL ESCOTO

DOMINI CONSERVATIONEM IUSTICIATIONIAL ESCOTO

DOMINI CONSERVATIONEM IUSTICIATIONIAL ESCOTO

DOMINI CONSERVATIONEM IUSTICIATIONIAL ESCOTO

DOMINI CONSERVATIONEM IUSTICIATIONIAL ESCOTO

DOMINI CONSERVATIONEM IUSTICIATIONIAL ESCOTO

DOMINI CONSERVATIONEM IUSTICIATIONIAL ESCOTO

DOMINI CONSERVATIONEM IUSTICIATIONIAL ESCOTO

DOMINI CONSERVATIONEM IUSTICIATIONIAL ESCOTO

DOMINI CONSERVATIONEM IUSTICIATIONIAL ESCOTO

DOMINI CONSERVATIONEM IUSTICIATIONIAL ESCOTO


DOMINI CONSERVATIONEM IUSTICIATIONIAL ESCOTO

DOMINI CONSERVATIONEM IUSTICIATIONIAL ESCOTO

DOMINI CONSERVATIONEM IUSTICIATIONIAL ESCOTO

DOMINI CONSERVATIONEM IUSTICIATIONIAL ESCOTO

DOMINI CONSERVATIONEM IUSTICIATIONIAL ESCOTO



III. 2

S. I.

Eccllesia christiana est Societas fidelium religionem christianam secundum Institutionem Christi sub hierarchia unanimiter profidentium. Hæc societas ex Instituto divini sui fundatoris est a) inæqualis, * in qua sunt, qui Imperium tenent, alii, quorum sita in obediendo gloria; b) universalis, sive catholica ** & una *** c) perpetua **** d) ob finem suum spiritualem, cultum divinum nempe, & salutem fidelium æternam, ***** distincta plane, & independens a republica, cuius societatis perspicua professionis nora baptisimus est, quo homines a peccato originali abluti sanctæ huic societati adscribuntur. *****

* 1. Cor. XII. 27. seq.

** Matth. XXVIII. 19. Marc. XVI. 15.

*** ad Roman. XII. 4. 1. Corinth. XII. 12. ad Ephes. IV. 4. 5. 6.

**** Matth. XXVIII. 20. Ioann. XIV. 16.

***** Ioann. VI. 38. 40.

***** Matth. XXVIII. 19. Marc. XVI. 15. Ioann. III. 5. Act. Apoll. II. 4. X. 46.

A 2

S. II^o

§. II.

Imperium Ecclesiae ob finem suum spiritualem mere spirituale, & sacrum est, non dominatui, sed ministerio * simile, cuius lex fundamentalis dilectio est. **

* Luc. XXII. 26. Matth. XX. 26. seq.

** Matth. XXII. v. 37. 38. 39. & 40. Ioan. XIII. 34. & 35. XV. 12. 13. & 17.

§. III.

Hoc sacrum Imperium, optima concordia cum ministerio, & lege dilectionis, in se complectitur Ius determinandi, sive potestatem legislatoriam, judicariam & coercitivam, quæ ultima tamen tunc demum locum haberet, si legibus aut judicis quoad res fidei, morum, ac disciplina Ecclesiastica legitime datis non pareatur, ex se omni destituta effectu spirituali, quando ad alium finem profanum, & politicum consequendum adhibetur; atque ejus media ita comparata esse debent, ut intellectum, voluntatemque, a quibus omnis dependet religio, perficiant, nullatenus externe coactiva; neque enim intellectus hominis, neque voluntas vi externa cogi possunt. Imperii Ecclesiastici ergo est, rogare, hortari, verbis increpare, & si paterna haec remedia non emendent, communione privare. Ultra haec quidquid potestatis sibi vindicat Ecclesia, non ex natura sui Imperii sibi vindicat.

Quemadmodum vero Imperium sacrum Ecclesiae ab Imperio civili independens est, illique nullatenus subiectum, sic quoque Imperio

2

Imperium civile ab Imperio sacro Ecclesiae nullo modo dependet,
nec illi subordinatum est. *

* Io. XVIII. 36. Luc. XII. 14. 1. Petr. II. 13. 14. quem textum non sin-
cere interpretatus est Pontifex in Cap. 6. de majorit. & obedient.

§. V.

Imperium illud sacrum Christus solis Apostolis, eorumque
veris successoribus Episcopis immediate * aequali modo concredi-
tur, ita tamen, ut inter hos Petro Apostolo ** & in hoc ejus suc-
cessori Pontifici Romano speciale quendam prærogativam cum
subordinatione reliquorum Apostolorum, ad unitatem societatis
fusæ conservandam dederit.

* Matth. XVIII. 18. & Ioann. XX. v. 21, seq. Marc. XVI. 15. Act. Apost.
XX. 28.

** Matth. XVI. 18. 19. Ioann. XXI. 15. 16. 17. Act. Apost. I. 15. seq.
II. 14. XV. 7. seq.

§. VI.

In hac prærogativa Petri fundatus est Primatus Pontificis Ro-
mani, cuius unicus finis est unitatis in Ecclesia conservatio, atque
vi cuius illa omnia & sola sunt primatus jura divina, sive ef-
fentia, sine quibus illa unitas Ecclesiae conservari non potest,
a quorum classe sollicite separanda sunt jura primarius adventitia,
controversa, atque spuria ac falsa, quorum ultima penitus elimi-
nanda.

A 2

§. VII.



6 * 2

§. VII.

Inter posterioris generis jura primatus merito refertur potestas Pontificis in temporalia Regum & Principum, sive illam directam, sive indirectam cum BELLARMINO * dixeris; utpote quæ neque in sacra scriptura, ** neque in doctrina Apostolorum, *** neque in cœteris Christi factis, **** aut actis ***** fundata est. Casæ auctoritatis ergo sunt Cap. 34. X. de Election. Cap. 2. de sentent. & re jud. in 6to. Clement. unic. de jurejurand. Clement. 2. de sentent. & re judic. Extravag. Joann. XXII. ne sede vacant. Extravag. unic. de consuetud. inter commun. Extravag. I. de major. int. com.

* de S. Pontific. lib. V. Cap. 6.

** Matth. XXII. 21.

*** Rom. XIII. 1. & 2.

**** Luc. XXI. 15. 18-19. Matth. X. 18. & 23.

***** Ioann. XVIII. 36,

§. VIII.

Divinum hoc systema inæquale Ecclesiæ Christianæ, de quo fuis in ipsa *Synopsi*, a primis ejus incunabulis usque ad illud tempus intactum in Ecclesia catholica persistit, quo vir preservidi ingenii MARTINVS LUTHERVS sic didicatam religionis christianæ reformationem inchoavit, & cum suis affeclis ab Ecclesia catholica secessit, alio tamen plane secessu, quam primævi Christiani a Synagoga, utrū illustris GEORG LUDOVICVS BOEMERVS * existimat. Hujus reformationis fundamentis in A. C. factis, Lutheri affeclæ novum systema Ecclesiæ territoriale, in quo regimen Ecclesiæ externum Principi vi superioritatis territorialis competit, stabilivere, quod una cum A. C. in sequentibus pacibus, tam religiosa, ** quam Westphalica, *** salva per omnia



7

omnia avita religione catholica, pro norma tolerantiae eorum, inclusis sic dictis reformatis, *** usque ad amicabilem religionum compositionem assutum est, & praedicta paces secundum hoc Ecclesiae systema conceptae sunt. Inde famosum illud axioma:
Cuius est regio, illius est religio, ortum suum habet.

* in suis princip. jur. Can. §. 34.

** P. R. §. 15.

*** I. P. O. Art. V. §. 30.

**** Idem I. P. O. Art. VII. §. 1.

S. IX.

Cum vero secundum novum hoc sistema Ecclesiae territoriale non solum status Imperii catholici, vi superioritatis territorialis aequi sibi competentis, jurisdictionem Ecclesiasticam subdivis suos Protestantes, verum & Imperator vi sua Majestatis, & dominii directi feudalis supremam jurisdictionem Ecclesiasticam in causis Protestantium sibi jure meritoque vindicassent, & ex eo Protestantes cognovissent, se sibi per hoc novum systema non in omnibus bene consiluisse; ortum est demum magnum illud fidus SAMUEL FVFFENDORFFIVS, qui ad infringendam hanc praedictam jurisdictionem Ecclesiasticam Imperatoris, & statuum Imperii catholicorum novissimum, atque antea plane incognitum illud sistema Ecclesiae collegiale historie reformationis, Ecclesiae systemati priori, statuum declarationibus, postulatis, tractatibus, legibusque Imperii adversissimum excogitavit, * idque ** in lucem publicam produxit.

* Novitatem hujus systematis ipse IVSTVS HENNINGIVS BOEHMERVS in preloquio ad Tom. V. Iur. eccl. Proteft. §. 11. pag. 18. testatur in verbis: Novum ante aliquot annos ex rationibus jam non tangendis excogitatum est sistema, quod collegiale dixerunt.

** In tractatu de habitu religionis ad vitam civilem.

§. X.



-Protestantes

Secundum hoc systema collegiale * Ecclesia est Societas fideliū per eandem fidem christianam unitorum, de religione christiana colenda, gaudens quoad statum suum internum juribus collegialibus, juribus circa sacra vero in Ecclesiam tanquam juribus majestaticis** Principi qua Principi competentibus, quae prioris generis jura collegalia in germania tempore sic dictæ reformationis in status Imperii Nobilesque immediatos consensu Ecclesiæ vel expresso vel tacito, nunquam tamen probando collata sint.

* Plura quidem systemata præter adducta, in ecclesia Protestantium ab ortu suo ad hæc usque tempora excogitata sunt, sed cum privatorum Doctorum partus sint, ea lubens prætero.

** De qua nova distinctione iurium in Ecclesia Protestantica MOSERUS in tractat; Von der Landeshoheit im geistlichen. Anhang S. 885. ita argumentatur: Da die Theorie von dem Unterschied zwischen Landesherrlichen Majestäts- und Collegial Rechten, in Religions- und andern Kirchensachen, kaum 50 Jahr alt ist; und noch jetzt von vielen gründlichen Rechtsgelehrten nicht angenommen, oder erkannt wird; so ist schlechterdings unmöglich, daß die Evangelische Landesherren und Kirchen vor 100, 150 und 200 Jahren von einem solchen Unterschied etwas gewußt, und am allerwenigsten selbigem zum Grund ihrer Handlungen gelegt haben können.

Novissimum hoc systema Ecclesiæ collegiale Protestantes quoad maximam partem, finis Puffendorfiani obtinendi causa, ambabus manibus arripuerunt, ast spe sua frustrati, etenim Imperator & status Imperii catholici hoc systema Ecclesiæ non agnoverunt: & nunquam in eam sententiam a Protestantibus perducentur, ut secundum illud Pax religiosa & Westphalica declarentur; inherentes systemati Ecclesiæ territoriali, a Protestantibus sponte electo, atque

atque in prædictis pacibus, & respective LL, Imperii semel
recepto.

S. XII.

Justam hanc recusationem catholicorum MOSERVVS cognovit,
dum scripsit: * Die Catholische werden sich wenig darum bekümmern,
wenn unsere neuere Theologen, und Rechtsgelehrten von deme ab-
gehen wollen, was alle Evangelische Reichstände bishero behau-
pet, und die ansehnlichste Evangelische Rechtsgelehrte noch zu uns
serer Zeit gelehret haben.

* In den Abhandlungen aus dem Deutschen Kirchen-Recht, S. 50.

Sed finem impono, ne offensam incurram, & ut de illo quo-
que nonnulla in medium proferam, qui in causa fuit, cur hæc
scripserim. Est vero ille

VIR PLVRIMVM REVERENDVS ATQVE
CONSVLTISSIMVS
DN. FRANCISCVS PHILIPPVS FRANCK

ECCLESIAE COLLEGIATARÆ B. M. V. CANONICVS CAPITULARIS,
ET SACRORVM CANONVM PROFESSOR PUBLICVS
ORDINARIUS,

qui laudabilem vitæ sue cursum sequentibus recenser verbis:

Natus sum Aschaffenburgi die XXI. Septembris MDCCXLIX.
patre IOANNE GEORGIO FRANCK dictæ civitatis mercatore; matre
ANNA MARIA nata CAMMER Obernburgensi. Patrem mihi quar-
tum ætatis annum agenti abripuit præmatura mors, pater-
nam mihi invidens curam & sollicitudinem. Quod patri per
mortem non licuit, abunde compensavit amantissima mater vi-
dua, nullis parcens sumptibus in iis, quæ ad excolendum ani-
mum conferre quid posse, ejus dictabat prudentia; quam ob
causam Illi gratias, quas filiali ac tenerrimo animo possum,
maximas hic publice reddo, cum Ei hoc modo non tantum vi-

tam naturalem sed & rationalem in acceptis referre debeam.
 Faxit Deus ut dilectissimam matrem diu sospitem incolumentem
 que in terris venerari, gratumque Ei ac memorem animum im-
 posterum testificari mihi liceat. Castissimis itaque, ut a primis
 unguiculis fidei morumque infituerer preceptis, primæ illi cu-
 ræ fuit; sed nec minori, ut scientiis excoletetur animus. Pa-
 tribus S. F. qui tum in Gymnasio Aschaffenburgenſi docendi
 munere fungebantur, me humanioribus & philosophicis imbue-
 endum tradidit disciplinis: nec his acquiescens optimos quo-
 que selegit præceptores, qui me domi manuducerent. Finitis
 studiis philosophacis, in quibus more tunc recepto secundum in-
 ter sic dictos Defendantes locum sum consecutus, Moguntiam
 me contuli, severioribus ut me consecrarem disciplinis, ac pri-
 mo quidem studio theologicō animum adplicui, quo cum conjun-
 xi & canonicum plurimum Rev. ac Clar. d. SCHLÖR. Thesibus
 theologicis bina vice publice propugnat SS. Theologie Baca-
 laureus biblicus & formatus fui renuntiatus. Interea am-
 plexus sum institutum vite clericalis, ac A. MDCCLXXII.
 Alumnis clericis in Archiepiscopali Curatorum Seminario me
 adscribi curavi, & adscriptus duobus annis communem cum
 ipsis vitam egi, communibusque usus sum exercitiis spirituali-
 bus curatis necessariis. Emenso studii Theologici Curriculo
 me totum converti ad acquirendam pleniorum utriusque juris
 notitiam, utpote Ecclesiastico non tantum utilem sed & ex parte
 maxime necessariam; & hunc in finem collegia iuridica Prænob-
 ac celeb. Profess. DÜRR Ius canonicum & WILL civile docentium
 in patria Universitate Moguntina sedulo visitavi. Finitis hisce
 Collegiis Treviros adii, ubi partam Moguntiæ juris scientiam
 excolendi mihi uberrima oblata est occasio. Offendi enim ibi
 collegia, licet non numero & varietate tanta, optime tamen
 ordinata, & nunquam interrupta; juris studiosos de præroga-
 tiva diligentiae secum contendentes; Professores indefessos,
 qui religioni sibi duebant, juris principia superficietenuſ ſo-
 lum

lum attingere, ac non enucleata ea, qua possent, claritate &
 perfectione suis exponere auditoribus. Erant autem Professor
 Juris Canonici Plur. Rev. ac Consultissimus D. NELLER, nomen
 orbi literario notissimum: juris civilis & criminalis Plur. Rev.
 ac doctissimus D. PESGEN, quem Universitas Trevirensis ad Deca-
 natum Ecclesiae Collegiatum ad S. Castorem confluentiae exaltatum
 dolet, utpote sibi sublatum: juris autem Publici & Historiae I.
 R. G. atque Feudalis frater meus PETRVS ANTONIVS FRANCK, Con-
 siliarius aulicus & Universitatis Bibliothecarius. Clarissimo-
 rum virorum NELLER & PESGEN familiari consuetudini, qua
 pro singulari eorum in me benevolentia uti mihi licebat, &
 fratris mei domesticæ conversationi atque Usui ejus exquisitæ
 ac numerosæ bibliothecæ, fateor, si non omnem, saltem maxi-
 mam jurisprudentiæ, qualicunque polleo, partem debo atque
 etiam in acceptis refiero. Duobus annis in Trevirensi univer-
 sitate transactis Moguntiam redux resalutavi celeberrimum & in
 antiquitatibus ecclesiasticis ac jure germanico & patrio versatis-
 simum D. DÜRR, tum jus publicum S. R. I. atque Collegium hi-
 storiae ecclesiastice interea temporis, quo absens fueram, insi-
 titutum, prælegentem audivi, nec non IOANNIS PHILIPPI FRANCK,
 fratris mei SS. Theologie Professoris prælectiones in partem
 Theologiae isagogicam tam Theologo quam jurisconsulto maxi-
 me necessariam secundum systema ab ipso proprio marte elabo-
 ratum frequentavi. Ab solutis hoc modo & ordine studiis ad
 proprios redii lares Anno MDCCCLXXVII. ea, quæ a celebri-
 tissimis Professoribus, quorum nomina nulla in me delebit ætas
 tam in publicis, quam privatis colloquis audiveram, ruminan-
 turus & in meum, ut ita dicam, succum converfurus. Coeptum
 opus nondum perfeceram, eodem adhuc currente anno Eminentissimus ac Celsissimus Archi-Episopus & Elector noster
 FRIDERICVS CAROLVS JOSEPHVS singulari
 gratia ac munificentia principali Ecclesiae B. Mariae
 Virginis Erfurti præbendam, quam vocamus, lectoralem
 mihi



P 348

mihi clementissime proprio motu contulit simul ac publicam iuri-
ris canonici cathedralm. Anno insequente me commissione Ele-
ctorali noviter erector, quam trivialibus, realibus, humaniori-
busque studiis Scholarum Erfurtensium in meliorem formam
redigendis destinaverat, adlegit socium & adjutorem: ac pro-
mulgata die XVIII. Julii ejusdem anni Constitutione postoralis
impressa, quæ, ut ministros Suæ Ecclesiæ efformet ad normam &
spiritum primitivæ Ecclesiæ, veneranda antiqua Patrum insti-
tuta & saluberrima Concilii Tridentini, renovat Decreta, Exa-
minatorem constituit synodalem. Conseruet DEVSO. M. Eccle-
siæ Archiepiscopum vigilansimum, imperio Principem sag-
cissimum, Patrie Patrem optimum, mihi singulis hisce titu-
lis summa cum submissione venerandum. Atque prædictum mu-
nus meum academicum ratio est, quæ me ad Capessendos supremos
in utroque jure honores impulit.

Quæ cum ita sint, noster litteris Facultati nostra exhibitis ad ex-
amen rigorosum & reliqua specimina inauguralia admitti decenter
petiunt, cui petito perquam lubenter annuentes ipsi textus ex utro-
que jure resolvendos more majorum transmisimus, atque certum
diem examini præfiximus, in quo non solum textus communica-
tos solidissime enodavit, verum et tam exquisite propositas que-
stiones resolvit, ut unanimibus votis, qui summos in utroque jure
honores caperet, dignissimus judicatus fuerit. Quapropter die
Martis, qua est IX. Novemb. horis consuetis ex cathedra pub-
lica c. 13. X. de judic. in lectione, quam vocant, cursoria do-
ctissime interpretabitur, eaque interpretatione finita

SYNOPSIS JVRIS ECCLESIASTICI PVBLICI ET PRIVATI

VNA CVM POSITIONIBVS EX CAETERIS IVRIS PRUDENTIAE PARTIBVS.
pro solida sua jurisprudentia tuebitur. Ad quos actus solemnes,
plurimum reverendus & magnificus Rector, cæterique Acade-
miae Proceres & cives, ea qua par est observantia & humanitate invi-
tantur. Publicatum sub sigillo Facultatis Juridicæ D. VII. No-
vemb. MDCLXXIX.

X 2310747

ULB Halle
007 469 942

3



V018





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-243219989-10

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-243219989-10

KENFRIED
UNIVERS.
ZVHALLE

ERFORDIAE,
IRICI RVDOLPH. NONNII, ACAD. A TYPIS